

1527. 4^{ta} Aprilis.

Sigismundus I. Rex Poloniae,
Cardinali Protectori.

Reverendissime etc.

31
Functus est nuper vita Reverendus
olim Raphael Episcopus Plocensis, ad
cujus Episcopatum Suteranis confinem,
ne quid per moram aliquam hujus labis
ad illum serperet e vestigio Reverendum
Dominum Andream Cricium Episcopum
Præmysliensem Nobis et Reipublicæ No:
stræ meritissimum, utilissimumque statui
Ecclesiastico nominavimus, et sanctissimo
Domino nostro presentavimus, post cujus
translationem ab ejus sanctitate fa:
ctam presentavimus pariter ad Episco:
pum ejus Præmysliensem Venerabilem
Joannem Kainkowski Præpositum Cracovi:
ensem Secretarium Nostrum Veterem et
optime meritum, utilemque et ordini
Ecclesiastico, et Reipublicæ nostræ futu:
rum. Rogamus itaque plurimum Ve:
stram Dominationem Reverendissimam age:
re dignetur pro sua erga nos et res no:
stras favore, ut ipse Sanctissimus Do:
minus Noster, citra aliquam moram et dif:
ficultates, dignaretur ambos supradictos
presentatos Nostras, alterum ex Episco:
pato Præmysliensi ad Plocensem trans:
ferre, alterum ad Præmysliensem Episco:
patum, reservatis eis suis sacerdotijs pro:
movere, nam sine ipsis sacerdotijs non
posset in eo tenui Episcopatu et infi:

Delictus

Delibus penitus exposito, statum et dignita:
tem suam sustinere. Efficere autem digne:
tur. Vestra Reverendissima Dominatio, ut ne:
que in annatis, neque in alijs extraordi:
narijs solutionibus plus solito graventur.
Nam id nullo modo permittere possemus,
et ut brevia illis ad possessionem capiendam
et jurisdictionem, tam in spiritualibus,
quam etiam temporalibus exercendam,
quātoocius fieri potest mittantur. Nam
sub huiusmodi vacationibus solent bona
Episcopatum ad magna venire Detrimen:
ta. Faciet nobis Vestra Reverendissi:
ma Dominatio rem multo gratissimam.
Cui nos ex animo commendamus, et vale:
re illam felicissime desideramus. Datum
Cracoviae Die 1^a Aprilis. 1527.